



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Quale Meritu[m] & dignitatem habeamus ad obtinendas à Deo suprà
dictas Gratias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

boni facimus, aut dicimus, aucupantes simul vanam gloriolam & complacentiam.

5. Licet in gratia Domini Dei nostri, etiam intensissima, & per centum annorum spatium perseveraremus, tamen ultimo die centesimi anni non haberemus ex nobis solis maiorem aptitudinem & dispositionem ad obtinendam aut continuandam predictam gratiam, quam primâ horâ primi anni habuerimus; sicut aër post tot millia annorum quotidiano Solis lumine illustratus non magis dispositus est hodie ad habendam aut retinendam lucem, quam primo die suae creationis dispositus fuerit.

**QVALE MERITVM ET
DIGNITATEM HABEAMUS
ad obtinendas à DEO
supradictas gratias.**

I. Nos

1. **N**Os nunquam illas meriti fuimus nec merebimur, nec mereri possumus de condigno. Et quod attinet ad primas Gratias Actuales, Prævenientes aut Excitantes; nec de congruo illas mereri possumus, cum ex nobis solis nullam ad illas proportionem aut dispositionem habeamus.

2. Meriti sumus & digni facti, quibus Deus supra dictas gratias non det, imò omnino deneget ob ingratitude nostras & defectum cooperandi sanctæ ipsius gratiæ.

3. Non tantum dictis gratiis indignos nos reddimus, sed per nostra multa & gravia peccata positive meriti fuimus, ut Deus nobis mala dictis gratiis opposita immitteret, gravissimas scilicet penas, & omnis boni, gratiæ & gloriæ privationem.

M E-